sub titulo et sigillo minori sacre regie ut[illegible] munitt et
obsignatt salvas illesas nec in aliquo viciatas quas petiit
officium in acta presentia inscribi ingrossari et annotari offi
tium vero prius inherens annuenque eius licite petitioni easdem
pergamenas visas salvas nec in aliquo viciatas in acta pre
sentia inscribi et ingrossari mandavit quarum litterarum tenor sequi
tur et est talis

Sigismundus Augustus dei gratia rex Polonie magnus dux
Lithvanie Russie Prussie Mazovie Samogitie etc. Dominus et heres
Significamus presentibus litteris nostris quorum interest vniuersis quod nos
ad intercessionem Cancellarii Joannis Pilczki de Pilza Capitanei Hrodlensis
et dapiferi premisliensis pro parte Honesti Mathie Sartoris Civis premisliensis
ad nos factam ipsi ac successoribus illius area desertam in Civi
tate nostra premisliensi penes domum Theloneli in platea pontali existen
tem cum omni iure domino et proprietate cuiusque omnibus utilita
tibus fructibus et proventibus longam ad viginti quinque ulnas
minus vero latam prout platearum et viarum publicarum dandam
donandam et concedendam duximus damusque donamus
et concedimus presentibus per prenominatum Mathiam Sartorem ac
ac illius successores area eiusmodi more aliorum Civium pre
misliensium similes areas possidentium tenendum habendum possi
dendam dandam donandam vendendam commutandam et in eos qui
illi meliores et utiliores videbitur usus convertendam temporibus perpetuis
oneribus omnibus ac aliis obventionibus Civitati ipsi ad prescriptum
aliorum Civium premisliensium debitis tum et iuribus nostris regalibus
ibidem manentibus semper salvis In cuius rei testimonium sigillum nostrum
regale presentibus est subappensum Datum Lublini in Conventione
nostra regni generali decima die mensis Junii Anno domini millesimo quingentesimo
sexagesimo sexto Regni vero nostri tricesimo septimo Petrus
Myslowski R. P. vicecancellarius [illegible] Petri Myslowski R. P. vice
cancellarii decani Cracoviensis [illegible] presentibus

Ministerialis terrestris premisliensis providus Mathias Pry
lapka de premislia unacum Nobilibus Joanne Bilsky et Jacobo Ochr
chowski secum comparens coram officio actisque presentibus Castrensi premi
sliensi stantes personaliter in vim relationis sue publice palam
et per expressum recognovit quia die hodierna honestum Ma
thiam Sartorem de Zaliessy Civem premisliensem realiter et in
effectu intromisit in aream desertam in Civitate premisliensi
penes domum Theloneli in platea pontali existentem ad viginti
quinque ulnas longitudinis minus vero latam se extendentem
vigore litterarum privilegii seu donationis sacre regie ut[illegible]
ipsi legitime per sacram ut[illegible] regiam inscriptam ut[illegible] dictam
[illegible] delegam et impugnam de quo idem ministerialis
eam expressam relationem ad acta presentia fecit Nobi
libus prefatis sua personali recognitione palam attestan
tibus super quod memoriale officio positum est

Castellanus Brzezinen quietat de quatuor decim marcis pecche Wloszczeczky

Actum in Castro premisliensi feria tercia ante festum Nativi
tatis virginis Marie proxima Anno domini 1566 sexto 3/IX.

Comparens personaliter coram officio et actis presentibus Ca
streensi premisliensi Cuiusdam Andreas Dembowski de Dembowa
Cora Castellanus Brzezinensis in Wymysly sortis sue heres
recedens a iure suo quovis et se hinc iuri et officio Castrensi pre
misliensi incorporavit et subiecit publice palam et per expressum
recognovit quia a nobili Joanne Wloszczeczky accepit mar
cas quatuordecim pecchorum pene per ipsum Joannem Wloszcze
czky ex decreto sacre ut[illegible] regie in cancellaria presentium die
hodierna reposita ipsi Andree eodem decreto ut[illegible] regie resti
tui decreti iuxta decretum predictum lanus in se sonavit de quibus
quidem quatuordecim marcarum pecchorum ipsum Joannem Wloszczeczky
et eius successores quietat et liberum facit sibique et suis posteris
pro premissis omnibus perpetuum facit et imponit silentium
super quod ut[illegible] positum est

Relacio militis ex parte Nowoszczky contra alium

Actum in Castro premisliensi sabato ante festum Nativitatis
Virginis Marie proxima Anno 1566 sexto 7/IX.

Ministerialis terrestris premisliensis providus Thoma de Ozy
mina unacum Nobilibus
seu compa
rens coram officio et actis presentibus Castrensi premisliensi stans
personaliter in vim relationis sue recognovit quia feria quin
ta proxima preterita Anno presenti eidem ut[illegible] et dictis Nobilibus
est obductum et protestatum ex parte Nobilis Felicis Nowoszczyzki
in et contra Nobilem Olechnum Nowoszczyzky quia ipse supervenien
tem manu forti et armata ad fundum et hereditatem ac campum
sortis ipsius ville Nowoszcze et ibidem in eodem fundo in eundem
Felicem violenter irruit et volens ipsum ex pixide globo
eiaculare in deffendisset vitam suam ipsum Felicem interimeret
que ita et non aliter fieri ipse ut[illegible] recognovit et Nobilis prefati
[illegible] ipsius ut[illegible] attestati sunt

Vulnera Mathwei de Kornalowicze

Laboriosus Mathwei de Kornalowicze subditus Nobilis
Hryczko Zeliborski coram officio et actis presentibus Castrensi
premisliensi ostendit et manifestavit duo vulnera cruenta
secta in medio et fidei digitis manus sinistre unde spe
ratur mutilationem que vulnera asserebat sibi fore inflicta
per laboriosum Liestio de Kornalowicze subditum Nobilis
Stanislai Chustanowski in via libera et publica et circa